suscipe sicut agnum mansuetissimum
ad te destinavit. Hec alia ipso dicente
apparuit senior niveis vestibus tenens
in manu titulum aureis litteris
scriptum. Quem videns valerianus in terram
corruit. Senior autem eum erigens dixit
lege. Legit sic: Unus deus una fides unum
baptisma. Baptizatus itaque ad ceciliam rediit
albis indutus. Invenit eam cum angelo
stantem pennis fulgentibus alis splen-
dentem, et flammeo aspectu radiantem, duas
que coronas habens unam cecilie alteram
valeriano tradidit dicens. Istas de paradiso
attuli que non possunt ab aliis quam a castis vi-
deri. Tu autem valeriane pete quod placet.
Cui ille, nichil mihi in hac vita dulcius
quam unicus frater meus affectus, peto ut
sicut de me factum est sic et de eo fiat. Placuit
domino petitio tua cum palma martirii ad
dominum venietis. Intravit ecce tyburtius
valeriani frater adveniens, et in cecilie capud
osculans sensit odorem florum et ait
Miror unde hoc tempore rosarum et liliorum
tantus odor, puto me subito reno-
vatum. Cum ergo ore interpellam [illegible] eas
meruisti credere et videre. In sompniis
habens. Ad hec tyburtius: Frater valeriane
hec audio in sompniis inquit. Tu
nunc sumus in veritate et refert ad ea
ipum. Tunc tiburtius petiit ut et ipse
angelum videret. Apposito igitur ore predicans
virgo probat ydola insensibilia esse.
Ita quam tiburtius. Pecus est qui hoc
non credit. Tunc cecilia osculans pectus
eius ait. Hodie te fateor esse meum
cognatum. Sicut enim amor dei fratrem tuum
coniugem mihi fecit sic et te cognatum
faciet contemptus ydolorum. Dixit tyburtius
a fratre suo quis eum duxisset, sic ad purifican-
dum

et ille ad episcopum urbanum duxi. Dixit
tyburtius: De illo urbano dicis qui
totiens dampnatus est et adhuc latere
fertur si invenimus simul cremabimur et
nos cum illo. Tunc cecilia dixit: Alia vita
habet meliorem. Tunc tyburtius: Numquam
audivi. Et quis de illa vita narravit?
Nostra virgo. Patrem et filium et spiritum sanctum
nominavit. Tunc tyburtius: Nunc mihi
unum deum credebas, nunc tres nominas. Pro-
bat virgo in una sapientia hominis tres
memoriam intellectum et [illegible]
esse et sic in deo. Tunc tiburtius stabilitatem
sibi asserit et ait ut sibi dei melioris
vite questionem solvat. Ad hec cecilia fratrem
tuum tyranni tempore loqui non patitur
me autem in hiis ceptam partis [illegible]
Tunc intelligibiliter virgo adventum filii
dei predicationem multorum mortuorum re-
surrectionem que de alia vita testificant sa-
et alia miracula passionem resurrectionem
de apostolis et missam huius vite multa
claudavit. Flet tyburtius et dicit
valeriano. Miserere mei frater frequen-
ter erudiunt. Angelos dei videbant as-
sidue et quicquid postulabant impetrabant.
Unde sicut supra in passione horum merito
ab almachio prefecto generi primo
blandiciis apperiunt cur dampnatos
sepeliant requirunt. Statim tyburtius:
Utinam servi illorum essemus quos dampna-
tos vocas. Qui contempserunt quod videtur
esse quod non est et invenerunt illud quod non
videtur esse et est. Tunc prefectus: Quid est quod non
videtur esse et est. Tyburtius: vita sanctorum et
pena malorum. Iubentur ergo ambo fratres dis
immolare, et cum dicerent unum deum esse
prefectus querit quod sit nomen ei quod sit
nomen eius. Tunc valerianus: Nomen dei non